

I. SZEMÉLYES, VISSZAHATÓ, BIRTOKOS NÉVMÁSOK

1. Heu, fuge crudelīs terras, fuge litus avarum: / nam Polydorus ego.
2. Tu viri fortis filius, qui stringere ferrum non potes?
3. Nos pavidi trepidare metu crinemque flagrantem / excutere et sanctos restinguere fontibus ignis.
4. Praedia mea tu possides, ego aliena misericordia vivo.
5. Verbisne istis, frater, ut pugnent, te impetraturum credis? Di impetrabunt, per quos iuravere; et nos pugnando potius quam adhortando accendamus militum animos.
6. Hac nos adulescentes benivolentia senes illos dileximus.
7. Hos ego digrediens lacrimis adfabar obortis.
8. Nam quid ego de studiis dicam cognoscendi semper aliquid atque discendi?
9. Nunc ego, iudices, iam vos consulo, quid mihi faciendum putetis.
10. Cratippus, quem ego parem summis Peripateticis iudico, isdem rebus fidem tribuit.
11. Scin tu nullum commeatum hinc esse a nobis?
12. Audin tu, patre? Dico, ne dictum neges: / tuam mihi maiorem filiam despondeas.
13. Heia, haud ita'st res. – Ain tu eam me amare? – Immo unice unum.
14. Sed narra tu mihi, Agamemnon, quam controversiam hodie declamasti?
15. Ubi tu es gentium? / Nusquam hercle equidem illam video.
16. – Quis hoc dicit factum?
 - Ego ita factum esse dico.
 - Scin tu istuc?
 - Scio.
 - Qui tu scis?
 - Quia ego ire vidi milites plenis viis.
17. Non equidem invideo, miror magis.
18. Scis tu, mi Cicero, quod ad Caesaris amorem attinet, societatem mihi esse tecum.
19. Amat hercle me, ut ego opinor.
20. Tu vero sapienter!
21. Tu cave nostra tuo contemnas carmina fastu.
22. Eam navem nuper egomet vidi Veliae.
23. Ipsa egomet dudum Beroen digressa reliqui / aegram.
24. Philosophi sumus exorti, qui amoris auctoritatem tribueremus.
25. Itaque ego ille, qui semper pacis auctor fui, (...) ego igitur pacis, ut ita dicam, alumnus, (...) ego ille, dicam saepius, pacis semper laudator, semper auctor, pacem cum Marco Antonio esse nolo.
26. Hoc quoque composui Paelignis natus aquosis, / ille ego nequitiae Naso poeta meae.
27. Est mihi considerandum, quantum illi ego homo amicissimus sollicitudinis atque oneris imponam.
28. Hoc tibi iuventus Romana indicimus bellum.
29. In hoc squalore vēnimus in curiam Romanam Rhodii.
30. Hannibal peto pacem.
31. Achaei Romana arma sustinebimus, quae vos, Macedones non sustinuistis?
32. Consul arma capere milites iubet et sequi se extra vallum.
33. Utebatur autem intime Q. Hortensio, ut intellegi non posset, uter eum plus diligeret, Cicero an Hortensius.
34. Ego, patres conscripti, Q. Scaevolam augurem memoria teneo cotidie facere omnibus conveniendi potestatem sui, nec eum quisquam vidit in lecto.
35. Mea mater, tui me miseret, mei piget.

36. Grata mihi vehementer est memoria nostri tua, quam significasti litteris.
 37. Ne licet quidem tibi iam tantis rebus gestis non tui similem esse.
 38. Omnis est natura diligens sui.
 39. Itaque non dat deus beneficia, sed securus et neclegens nostri, aversus a mundo aliud agit.
 40. 'En? ait 'en hic est nostri contemptor!'
 41. Aedui legatos ad Caesarem sui purgandi gratia mittunt.
 42. Non vereor, ne quis me haec vestri adhortandi causa magnifice loqui existimet.
 43. Ferae bestiae cibum ad fraudem suam positum plerumque aspernantur et refugiunt.
 44. Iste aequissimus homo formidinem illam suam miseris Agyrinensibus iniciebat.
 45. Caesar nocte coepta adit castrorum vias, adsistit tabernaculis fruiturque fama sui.
 46. Hunc sui finem multos ante annos crediderat Agrippina contempseratque.
-
47. Domus utriusque nostrum aedificatur strenue.
 48. Nemo nostrum est, quin sciat tibi inimicitias cum Sex. Roscio nullas esse.
 49. Non omnis moriar, multaue pars mei / vitabit Libitinam.
 50. Tyrii coniuges liberosque devehendos Carthaginem tradiderunt, fortius quicquid accideret laturi, si carissimam sui partem extra sortem communis periculi habuissent.
 51. Milites, qui erant Corfinii, legatos ex suo numero ad Caesarem mittunt.
 52. Milites vesperi secessionem faciunt, atque ita inter se per tribunos militum centurionesque atque honestissimos sui generis conloquuntur.
 53. Frequentia vestrum incredibilis, Quirites, et alacritatem mihi summam defendendae rei publicae adfert et spem recuperandae.
 54. Multas magnasque habui consul contiones, multis interfui: nullam umquam vidi tantam, quanta nunc vestrum est.
 55. Quare noli me ad contentionem vestrum vocare.
-
56. Tibi dico, Plocame, nihil narras?
 57. En tibi, ut sentias, quam vile corpus sit iis, qui magnam gloriam vident!
 58. Ecce tibi geminum in scelere par.
 59. Tu mihi etiam audes mentionem facere decumarum?
 60. Illae quid sibi statuae equestres inauratae volunt propter aedem Volcani?
 61. Prō deūm fidem, quid vobis vultis?
 62. Tune hinc, spoliis indute meorum, / eripiare mihi?
-
63. His redimo meque meosque fabis.
 64. Utilitatis specie in re publica saepissime peccatur, ut in Corinthi disturbance nostris.
 65. Equites Caesaris cupidius novissimum agmen insecuti alieno loco cum equitatu Helvetiorum proelium committunt, et pauci de nostris cadunt.
 66. Aedui cum se suaque ab iis defendere non possent, legatos ad Caesarem mittunt rogatum auxilium.
 67. Apte, distincte, ornate dicere – si id mihi assumo, videor id meo iure quodam modo vindicare.
 68. Pueri mulieresque ex muro passis manibus suo more pacem ab Romanis petiverunt.
 69. Hortor te, ut tuae potestatis semper tu tuaque omnia sint; neque occasionem tuae desis neque suam occasionem hosti des.
 70. Metellus postquam videt neque oppidum capi, neque Iugurtham nisi ex insidiis aut suo loco pugnam facere, ab Zama discedit.
 71. De modo viginti ... / restabam solus: pavidum gelidumque trementi / corpore vixque meum firmat deus.
 72. Non nostrum inter vos tantas componere lites.
 73. Quod Thebae cecidere, meum est.

GYAKORLÓMONDATOK – MAGYARRÓL LATINRA

- És te merészeltél ellenem beszélni az atyák és összeírtak előtt, mikor ez a rend engem megmentőnek, téged az állam ellenségének ítelt?
- ...akkor – mi, thesszáliai tömeg, elismerjük – a szerencse hatalma a nagyobb.
- Én, Mnésztheus már nem török az élre, és nem a győzelemért versenyzem.
- Cipus bort áldoz a csészékbe, és tanácsot kér a leölt állatok reszkető belsősegeitől, hogy mit jeleznek számára.
- Nikias úgy szeret téged, ahogy kell, és nagyon örül a róla való megemlékezésednek.
- Hortensius a consulsága óta láthatólag napról napra kevésbé hasonlított önmagához.
- – Vigyázz, kérlek: nem tudod, miféle embert szidalmazol most.
– Hát te meg nem takarodsz innen? Tudod, hogy áll a helyzet számodra? Ha itt ma bármi kavarásba kezdesz, tenni fogok róla, hogy mindig emlékezz erre a helyre és napra, meg rám.
– Sajnálak, amiért egy ilyen nagy embert ellenségeddé teszel.
– Még ma szétverem a fejedet, ha nem takarodsz.
- Miért nem azt kérdeztetted, hogy azért ragadtak-e fegyvert, hogy téged megöljenek? Ők azt mondják, önvédelemből tették.
- Az olyannak ugyanis, akinek célja önmaga épségben tartása, szükségszerűen saját részei is kedvesek.
- Neked sem kevésbé kedves a tied kötelességtudása, Augustus, mint ez volt Iuppiternek.
- A mieink jelleme állhatatlan, sokkal inkább, mint szeretném.
- A vagyonodat nemcsak átadják neked polgártársaid az én utasításomra, hanem ha valami hiányzik, bőkezűen meg is tetézik.